



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Marii Mercatoris S. Augustino Æqualis Opera Quaecumque Extant**

[Complectens Ea Quæ Ad Hæresim Nestorianam Spectant]

**Marius <Mercator>**

**Parisiis, 1673**

Epistolæ Aliquot Theodoretæ Episcopi Cyri Cum Excerptis Ex Libris  
Quinque, quos adversus beatum Cyrillum Alexandrinæ civitatis antistitem,  
sanctumque concilium Ephesinum, a quo Nestorius damnatus ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14215**

EPISTOLÆ ALIQUOT  
THEODORETI EPISCOPI CYRI  
CUM EXCERPTIS EX LIBRIS QUINQUE,

quos adversus beatum Cyrillum Alexandrinæ civitatis antisti-  
tem, sanctumque concilium Ephesinum, a quo Nestorius  
damnatus est, diabolo instigante conscripsit.

P R Æ F A T I O.

Quis Theo-  
doretus.



U t fuerit Theodoretus Cyri  
Episcopus, quamque præcellens  
doctrina, nemo nescit; notum  
pariter omnibus, quantum stu-  
duerit Nestorio, antequam ve-  
natione coactus ad meliorem  
mentem redierit. Ea de re diximus satis, quoad  
præfens negotium, in præfatione historica; dice-  
mus longe copiosius in auctario Theodoreti  
quod apparamus, ubi de vita ipsius, fide, &  
operibus curiosius dissertationem instituemus.

Quæ nunc  
ipsum edan-  
tur.

Edimus nunc collectanea Mercatoris, cujus-  
modi reperiuntur in manuscriptis codicibus,  
auctiora daturæ suo loco, non ex Mercatore, sed  
aliunde conquesta, non sine labore. Hisce vero  
collectaneis continentur, ut habet titulus, epi-  
stolæ & excerpta quædam, sive ex libris, sive  
ex sermonibus. De epistolis postea, nunc de  
libris quinque, quorum mentio fit a Mercatore.

Quibus ex li-  
bris collegerit  
Mercator quæ  
refert.

Sunt autem illi ipsi sex priores, quos ex  
viginti septem Theodoreti adversus hæreticos  
a se lectos tradidit Photius: unum enim in duos  
dissolvit. Vestrum hæc tota res, ut multum ha-  
bet obscuritatis, ita prolixiore declaratione in-  
diget; sed prius exscribenda, quæ habet Pho-  
tius.

Cod. 46.

LECTI sunt Theodoreti Episcopi Cyri septem &  
viginti libri adversus varias propositiones. Pri-  
mus liber agit contra asserentes unius fuisse natu-  
ra Deum Verbum, & quod ex semine David  
sumpsit principium; itemque adversus eos qui  
divinitati passionem attribuunt.

Secundus liber cum eisdem e Scriptura manum  
validius confert.

Tertius de eadem re disputat.

Quartus sanctorum Patrum continet doctrinam  
de gloriosa incarnatione Domini nostri JESU  
CHRISTI Filii Dei.

Quintus, hæreticorum colligit opiniones, quas  
componit cum opinione eorum, qui in Christo  
duas naturas minime agnoscunt. & ostendit ma-  
gnam eos inter se affinitatem habere.

Sextus ponit unum esse Filium Dominum no-  
strum JESUM CHRISTUM.

Historia li-  
brorum.

Scripterat Theodoretus, ante concilium E-  
phesinum, adversus duodecim anathematismos  
Cyrilli, scribendique auctor fuerat Joannes An-

tiochenus, qui & eandem provinciam dederat  
Andræ Samosateno, ut duorum totius Orientis  
doctissimorum virorum auctoritate præver-  
terentur animi, ne Cyrillo crederent, anathe-  
matismis, veluti quodam compendio, fidem  
catholicam tradenti. Prior ille conatus successu  
caruit, lectis in concilio anathematismis, nec  
rejectis, imo catholicis Patribus in partes Cy-  
rilli adversus Nestorium concedentibus. Quare  
tentavit iterum Theodoretus, post solutam syn-  
nodum, si qua ratione posset, & quæ prius  
objecerat, confirmare, & quæ constituta fue-  
rant in concilio, labefactate. Tentandi causa  
fuit, quod vel ipsa cum Nestorio aberraret;  
vel quod, animi affectu excæcatus, non satis  
perspiceret, quam impie Nestorius sentiret,  
quam catholice Cyrillus.

Scribendo-  
rum causa.

Opus hoc, cujus excerpta præ manibus habe-  
mus, ita divisit in quinque libros, ut tribus  
prioribus moliretur ostendere, catholicum do-  
gma evangelii adversari, Patrumque doctrinæ;  
conficere vellet in quarto Patrum Ephesinorum  
sententiam hæreticorum opinionibus esse affi-  
nem; quinto denique explicaret, quomodo Chris-  
tus sit vnus filius.

Operis parti-  
tio in quinque  
libros, &  
quod singulo-  
rum argumen-  
tum.

Singulos libros, etsi multis capitibus distin-  
ctos, non fuisse tamen admodum prolixos ex  
eo conjicio, quod Photius scribat iis majores  
fuisse tres libros Eranistæ, nec ipsos tamen per  
se valde magnos.

Quantave  
magitudo.

Quod autem secundus & tertius in unum Et quis nume-  
re ipsa consentent, indicare videtur Photius his  
verbis: Tertius de eadem re disputat; divisos ta-  
men puto ea differentia, quod secundus ex no-  
vo præsertim testamento, tertius ex veteri te-  
stimonia contineret.

Totum opus inscriptum fuisse *ἑξ ἑκαστοῦ* Quæ operis  
micros, colligitur ex parte non mediocri, quam  
hac inscriptione donatam ex libro bibliothecæ  
regiæ Latine simul & Græcæ exhibebimus  
in auctario: habuisse quoque nomen Περὶ Νεστορίου  
ex eodem libro conficitur. Prior appellatio ab  
argumento; posterior a numero librorum ac-  
cepta est.

Quæ operis  
inscriptio.

Porro autem eruditus Pater Combefius Pen-  
talogium putavit, esse idem cum libris quinque  
hæreticarum fabularum; quo melius nihil con-

Differt a quin-  
que libris  
restit. fabul.

UESTENI.  
s benignius inter-  
in modum: Non  
is est homo; quod  
o pariter, honore  
propter commu-

nsus, cum pietatis  
men, ubi primario  
as ipse cum aliis  
oportet alacritate  
troque vero, hœre-  
que continentis de  
Pelagianam, pe-

1 vocem Ibas pro-  
tres Chalcedonem.  
tis probata fuisse  
objectum est Iba-  
natus est cum Iba-  
si quando prote-  
quo tempore 441  
anno scilicet 441  
ante hoc tempus

n puto tribuenti,  
vel potius Paulo  
deus adde-  
rosatenos patem,  
b merita negaret  
ulari gratia, cum  
aretur, id vero  
e Theodorus, li-  
i adoptivum do-  
gnitate ornatum,  
nulla possit crea-  
itatur.

Immortalis,  
ria post resur-  
tantere; gelli-  
ominum esse,  
ia post resur-  
factus.

STOLE



jici potuit, ab homine, qui careret ope Mercatoris differentiam indicantis inter utrumque opus *mercatoris*.

Quo tempore scriptum.

Tempus scriptoris non improbabiler concluditur ex epistola prima ad Himerium Nico-mediensem, de his siquidem intelligi debent ista: *Lectis ex Aegypto literis destinatis, & ad nos saepe discussis, invenimus eas doctrina quidem congruentes Ecclesie, duodecim vero capitulis contrarius esse probavimus, quae usque impresentiarum impugnare perstitimus. Quare eo temporis intervallo confectos oportet, quod a recessu Orientalium Epheso in patriam, ad negotium pacis Ecclesiarum intercessit, id est, ann. 432.*

Qui meminere. Irenaeus Episcopus Tyri.

Hujus operis meminerunt veterum plures, & primus quidem Irenaeus Episcopus Tyri, cum quereretur, literis ad Theodoretum scriptis, ab ipso, dum suae opinionis testes produceret Patres, praetermissum fuisse Theodorum Mopsuestenum, imo & Diodorum Tarsensem Theodori magistrum: utrumque enim revera praetermisit hoc in opere Theodoretus, uti longe plurimos alios profert; visusque est objectionem occupasse libro quarto, parte ultima, ubi de ista re iterum sermo erit. Cur ita videatur, causa est primum, quod Irenaeus scriberet ad Theodoretum eo fere tempore, quo diximus editum istud opus, quando scilicet agebatur negotium pacis inter Ecclesias, mitterenturque vltro citroque fidei expositiones verbis quibusdam ambiguis studiose compositae.

Justinianus imperator.

Deinde vero Justinianus imperator in sacra ad Patres v. synodi, cum queritur, impietatem a Nestorio traditam iterum introduci per Theodorum Mopsuestenum Nestorii magistrum, &c. necnon per impia conscripta Theodoretis, quae contra rectam fidem, & Ephesinam primam synodum, & contra sanctae memoriae Cyrillum exposuit, &c.

Patres v. synodi.

Quinta synodi Patres, can. xlii. *Siquis defendit impia Theodoretis conscripta, quae contra rectam fidem, & contra primam Ephesinam synodum, & sanctum Cyrillum, & duodecim ejus capitula exposuit, & omnia quae conscripsi pro Theodoro & Nestorio impiis, &c. anathema sit.*

Quid collectaneis ostendat Mercator.

Nihil porro Mercator aliud hisce collectaneis ostendere nititur, quam quod Theodoretus eadem, quae Theodorus & Nestorius, senserit, id est, duos reipsa filios duosque dominos distinxerit; atque ita filium Virginis merum esse revera hominem ratus sit, quantumcunque contrariam opinionem tenere videri voluerit. Id vero efficit Mercator duobus argumentis, consonantia vocum & sententiarum Theodoretis cum praefatis duobus, & professio in utrumque studio, odioque in sanctum Cyrillum & Patres Ephesinos, quos Arianorum atque Apollinarianorum nomine traducit.

Nec mirum sit tibi, lector, Mercatorem Theodoretum viro magni nominis tantam acceptionem, tam gravibus verbis fruere. Maluit egregius fidei defensor adherere toti Ecclesiae, quam homini turbarum aliquanto amantiore. Marius certe tunc scripsit, cum dubia foret Theodoretis fides apud sanctos, nec adhuc in sacra synodo Calchedonensti contestata esset.

Mercatoris judicium approbavit Gregorius magnus, si modo, quod docti consentunt, nomine Pelagii sui praedecessoris, ipse adhuc in minoribus constitutus, scripsit epistolam, sive librum ad Eliam Aquileiensem, & alios Ileriae Episcopos schismaticos, qui damnationi trium capitulorum non consentirebant. Obijcit enim Theodoretum, eadem quae Mercator, fidei excerptis testimoniis, & isdem, imo totidem verbis. Suis singula proferemus locis. Videtis epistolam cap. 20. vnde quatuor intelliges.

Primum, codicem Marii Mercatoris a Gregorio magno visum: inde enim omnia excerpta, quae loco mox citato bene multa profert. Alterum, in eodem codice cum literis Theodoretis fuisse quoque reprehensiones anathematizantium Cyrilli, & excerpta de libris, de quibus nunc agitur, quomodo sunt reipsa in manuscriptoris nostris. Tertium, eundem esse omnium interpretem, Mercatorem scilicet: totidem enim verbis a Gregorio citantur. Quartum, quam opinionem de Theodoretum, nondum in Calchedonensti concilio fidem professio, Gregorius conceperit: ipsum enim ait contra rectam fidem scripsisse, sanctae Ecclesiae diversa sensisse, post errorem recte sapuisse, detulisse unitatem deitatis & humanitatis in Christo, composuisse scripta prava, heretica & omni impietate plena, quibus subjungit Mercatoris Theodoretum acerbius compellantis defensionem. *Quis non videat, quanta temeritate plenum sit, Theodoretis scripta superbiendo defendere, quae eundem ipsum constat, recta postconfiando, damnasse? Et postea: Sola ejus haeretica scripta respuentes, & cum synodo adhuc Nestorianum inseguimus, & cum synodo Theodoretum recta profitentem veneramus.*

Atque haec, sive Pelagius ipse papa scripserit, sive Gregorius adhuc diaconus Pontificis nomine, maxima sane auctoritate pollent, majore saltem, quam qui contraria Mercatori meo sentiunt.

Observa, lector, Gregorium, cum de tribus capitulis in epistola scriberet, de duobus ea posuisse, quae ex quinta synodo sumperat: cum autem accessit ad tertium de Theodoretum, ex solo Mercatore accepisse collectanea, & licet quaedam in v. synodo etiam legantur, veluti quae pertinent ad primum anathematismum, in ista tamen, relicto textu v. synodi, Mercatoris versionem praetulisse.

Mercatoris Theodoretum infamiam defensor.

Testimonio Gregorii magni comprobata.





EX PRAEFATIONE THEODORETI  
in quinque libros adversus beatum Cyrillum, & sanctum  
concilium Ephesinum,

EXCERPTUM PRIMUM.

Praefatio qua  
Theodoretus  
causam scri-  
bendi affert,  
& odium pro-  
dit in Cyril-  
lum & PP. v.  
synodi.

**P**RIUS QUAM conventus  
apud Ephesum celebraretur,  
duodecim capitulis strictim  
aperteque restitimus, ut præ-  
scius horum fieret intellectus  
etiam rudiorum, & rationis expertium.  
Quia vero se manifestum, qui ista protulit,  
in concilio declaravit, & plures ex his,  
qui convenerant, imperiti potius, nec

vlla dogmatis imbuti notitia, pia hæc ar-  
bitrati sunt; operæ pretium visum est, ite-  
rum contraniti, sermonemque distendere  
& succisam blasphemiam multipliciter  
confutare, ut ignorantibus evidentius ap-  
probemus, quemadmodum evangelii de-  
clarentur adversa, quæ nunc ab istis ma-  
xime proferuntur.

Ejusdem ex libro ipsius operis primo

EXCERPTUM SECUNDUM.

Tractatur ar-  
gumentum  
quod Photius  
scripsit fuisse  
primum libri.

**O**BSEVA, quomodo in excerptis e libro  
primo tractasse scribit Photius, contra  
asserentes unius fuisse naturæ Deum Verbum,  
& quod ex semine David sumpsit principium,  
itemque adversus eos, qui divinitati passiones  
attribuunt.

cator non temere, ad probandum duos a Theo-  
doreto filios asseri, hæc adduxit.

ITEM EX EODEM LIBRO PRIMO.

Si permixtio aut confusio fieret, atque  
vna ex utraque substantia redderetur, ne-  
que Deus esset Deus, nec templum exi-  
steret templum; sed & Deus templum, &  
templum natura Deus esset, id enim ope-  
ratur admixtio; & si hoc ita est, non  
convenienter Dominus ait: *Solvite tem-  
plum hoc, & in triduo suscitabo illud.* Opor-  
tebat enim ut diceret: *Solvite me, & in  
tribus diebus refurgam; siquidem duæ  
naturæ vnæ permixtionis temperamento  
fecissent.*

Calumniatur  
Cyrillo, quasi  
naturarum  
confusionem  
doceret, cum  
Apollinaristis  
quibusdam.

Ioan. 2. v. 19.

**I**D CIRCO Emmanuel jam pridem, &  
ante multa natiuitatis tempora ex Virgine,  
appellatus est parvulus. Emmanuel autem,  
& ejus, qui sumpsit, & ejus, qui assum-  
ptus est, naturas inuariat: nobiscum enim  
Deus interpretatur, hoc est, in nostra na-  
tura Deus, in homine Deus, Deus & ho-  
mo, Deus-homo factus, Deus natura ho-  
minis incircumscripte se vestiens, Deus  
in templo humano, Deus nobiscum, Deus  
propter vnitatem ejus, quem ex nobis ac-  
cepit. Ergo non solum Deus, sed etiam  
homo est Emmanuel; ipse vero & Christus  
appellatus est, & Iesus nominatus, &  
saluator vocatus.

**C**ONTRA Cyrilli dictum, quod vna sit na-  
tura Verbi incarnati, id vero videbatur non-  
nullis, quasi rectæ fidei symbolum, ut videre  
est apud Cyrillum, in epistolis post pacem Ec-  
clesiarum scriptis ad amicos quærentes, quod  
videretur recessisse ab *orthodoxis*, cum duas post  
vnionem naturas in Christo Orientalibus con-  
cessisset, qui ex eo prius ipsam arguebant, adha-  
rere Apollinaristis, confusionem naturarum vnio-  
tionem factam delirantibus. Apollinaristis, in-  
quam, non item Apollinari ipsi: tradit enim Theo-  
doretus, Polemionem quemdam (Polemionem alii  
nominant) primum fuisse confusionis auctorem.  
Polemionem quidam, ait, ex ejus (Apollinaris) scri-  
ptis ansam natum, & substantiarum confusionem  
factam dixit, & commixtionem diuinitatis &  
corporis. Inde Polemianorum hæresis nata est.

lib. 4. hæ.  
fabul. cap. 9.

Suspectæ vo-  
ces, licet ca-  
tholicæ, pro-  
pter dicentis  
conditionem.

**D**EUS-HOMO, &c. ] Voces istæ admodum  
catholicæ suspitione non carent, propter dicen-  
tis qualitatem, & consequentia verba, *Deus  
propter vnitatem ejus quem ex nobis assumpsit.*  
Fuit enim loquendi formula Nestorianis fami-  
liaris, propter vnitatem homo dicitur Deus,  
quemadmodum propter affectum amicus sit  
amans; & vero suspectæ mihi sunt sententiæ  
illæ, *Deus in natura nostra in homine Deus &  
homo, Deus natura hominis se vestiens, Deus in  
templo humano, Deus nobiscum* quæ putam in-  
habitationem, & indutionem significant, atque  
adeo Nestorianam *trouit*. Quare Mer-



## Item ejusdem de libro secundo

## EXCERPTUM QUARTUM.

**A**NIMADVERTE, lector, & in omnibus, qua ex secundo libro excerpta sunt, recognosce characterem secundi libri descripti a Photio, in quo ait, a Theodoro cum adversariis ex sacra scriptura validius manum conferi.

**SED** & Gabriel evangelizans Virgini, sicut Lucas beatus exponit: *Ecce, inquit, in vtero concipies, & paries filium, & vocabis nomen ejus JESUM, hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur, & dabit illi Deus sedem David patris sui, & regnabit hic super domum Jacob in aeternum, & regni ejus non erit finis. Ideoque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.* Considerate, quod hic etiam cuncta dicantur humanitus. *Erit, inquit, magnus, non dixit, est: & filius altissimi vocabitur, non dixit, vocatur, aut est: non dixit, habet sedem David Patris sui, sed dabit ei: & regnabit, non dixit, regnat. Super quos? Super domum Jacob, non dixit, super angelos & archangelos. Et iterum, sanctum vocabitur Filius Dei, non dixit, vocatur.*

**TOTUM** hoc excerptum edemus propediem auctius, Graece & Latine, in auctario Theodoretis; ipsum vero magna ex parte exscripsit Gregorius magnus, & in epistola in praefatione laudatam transtulit. Nam post allatas Angeli ad Virginem voces, sic habet: *Considerate hic etiam, quia cuncta humanitus dicuntur. Erit, inquit, magnus, non dixit, est. Et filius altissimi vocabitur, non dixit, vocabitur. Et dabit ei Dominus sedem David Patris sui, non dixit, habet, sed dabit ei Dominus. Et regnabit, non dixit, regnat. Et super quos? Super domum Jacob, non dixit, super Angelos & Archangelos.*

**QUID** ad haec dicitis, qui veritati proprias passiones proponentes, propter humana certamina, Deo praelium passi estis inferre? Cui ista conveniunt? Deo, & qui semper est, & regi, & sancto, & Filio Dei? An autem templo, quod ex semine David sumptum, & propter unitatem Dei Verbi haec ipsa promeruit?

**MAGNA** hominis audacia simul & impietas! audacia quidem, accusantis oecumenicam synodum proditor, propter perversitatem, veritatis; impietas vero, aperte Filium Dei a filio Virginis, naturalem ab adoptivo dividens, alterumque alteri sola venerationis gloriaeque unitate copulantis, &c.

**ITEMQUE IBI POST PAULULUM.**

**NON** itaque Dei Verbum post natiuitatem Virginis magnum futurum esse praedixit; sed templum, quod ex Virgine sanctum, assumptum, unitum, & con-

nuncupatum etiam ipsum filius; non vt duos filios adoremus, sed vt in templo visibili Deum invisibilem contuentes, vnam illi venerationis gloriam deferamus.

**EJUSDEM IN EODEM LIBRO SECUNDO.**

**CUM** inueneris: *Dominus autem plenus Spiritu sancto regressus a Jordane. Et iterum: Egressus est Jesus in virtute Spiritus in Galileam. Non Dei Verbum cooperatione vel auxilio eguisse Spiritus arbitris; sed visibile templum, quod variis Spiritus sancti donationibus fruebatur.*

**HÆC** cum titulo ipso exscripsit Gregorius: *In eodem libro secundo ait: Jesus autem plenus Spiritu sancto regressus a Jordane. Et iterum: Egressus est Jesus in virtute Spiritus in Galileam. Non Dei Verbum cooperatione vel auxilio eguisse Spiritus arbitris; sed visibile templum variis Spiritus sancti donationibus fruebatur.* Exscripsit vero, ad id ipsum probandum, ad quod & Mercator, a Theodoro nempe duas in Christo personas astrui.

**ITEMQUE IBIDEM POST ALIQUANTA.**

**UT** autem duarum naturarum divisionem manifeste pervideas, ad doctrinam ipsius Domini veniamus. *Accesserunt ad eum Iudaei dicentes: Quod signum ostendis nobis, quia haec facis? Respondit Jesus: Solvite templum hoc, demonstrativa voce eos ad visibile pertrahens; & in tribus diebus suscitabo illud, deitatis potentiam audientibus manifestans.*

**EX EODEM LIBRO.**

**HUNC** Deus auctorem & salvatorem *exaltavit. Quis igitur exaltatus? Non excelsus, sed ea natura, quam deitas exaltavit, quam Iudaei interemerunt suspendentes in ligno: haec enim exaltata est, conjunctione ejus, qui sumpsit eam, & habitavit in ea.*

**EX EODEM LIBRO.**

**MANIFESTUM** est, inquit, quis die tertia resurrexit, & quis hoc resuscitavit, secundum Salvatoris promissionem dicitis: *Solvite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Quod tertia die resurrexit, hoc suspenderunt in ligno Iudaei: Hoc vnit Deus Spiritu sancto & virtute. Non enim*



Deus Verbum vñctione aut operatione sancti Spiritus eguit; sed templum, quod ex semine David assumens sibi met copulavit: & hoc evidenter ostendit. Apostolus commemorans vñctionem, quæ a Deo facta est; & Spiritum sanctum, a quo vñctus est, & virtutem, qua fruebatur; & quemadmodum sanitate operatus est: *Quoniam, inquit, Deus erat in illo.*

Marci, v. 14.

EX EODEM LIBRO.

Hcb. 1. v. 9.

PAULOMINUS ab angelis minoratum videmus Jesum propter passionem mortis, gloria & honore coronatum, ut sine Deo pro omnibus gustaret mortem. Dividit a passione, ut sine Deo, inquit, pro omnibus gustaret mortem. Hunc etenim & paulominus ab angelis allerit minoratum; Verbum autem Deus non minor angelis, sed creator est angelorum, & virtutum, & dominationum, & omnis invisibilis & visibilis creaturæ.

SINE DEO, &c.] Longè aliter in editione, sive Latina vulgata, sive Græca: *Et gratia Dei pro omnibus gustaret mortem, unus pater Deus & spiritus sanctus in unum deum.* Legerunt tamen Græci quidam, *unus pater & Spiritus sanctus, &c.* Adjuvat lectio, quam sequitur Theodoretus, hæresim fuisse tempore passionis, quam hæresim alterius peperit vitiosa verbi loci, Coloss. 2. v. 15. Ubi enim legitur: *Delens quod adversus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci, & exspolians principatus & potestates: traxit confidenter, palam triumphans illas in semetipso; legebant veteres quidam, exuens se carnem.* Ita Hilarius libro de Trinitate. Ambrosius in tractatu de symbolo cap. 13. Augustinus cum libro de agone christiano cap. 2. tum alicubi passim. Illa porro hæresis, quæ visa est Capreolo Nestorianæ pars, cum in Hispania serpere cœpisset, coegit Vitalem & Constantium laicos Hispanos consulere Capreolum Carthaginensem Episcopum, qua ratione impugnanda foret. Consulentiū epistolam & Capreoli responsonem edidit Pater Sirmondus, ann. MDCXXX. Utamque retulerunt in generalium conciliorum collectionem, sive qui regiam, sive qui majorem accurarunt. Verba consulentiū ista sunt in vulgatis libris: *Sed & hominem purum dicunt pependisse in cruce, & comprehensum. Aiuunt, recessit Deus ab eo. Quibus parvitas nostra sic dicit, nunquam Deus recessit ab homine assumpto, nisi quando dixit de cruce: Heli Heli Iammababactani, Deus Deus meus, quare me dereliquisti? Ex quibus tria conficio Primum, opinatos fuisse hos Hispanos, Verbum ab homine recessisse, imminente morte. Alterum vitiosam esse vulgarem lectionem, quod satis ostendit discohærens oratio, comprehensum. Aiuunt, recessit Deus ab eo. Postremum, qua ratione vitium emendari debeat. Arguunt enim Vitalis & Constantius errorem suo pejozem, eorum scilicet, qui non solum in*

cruce, sed toto passionis tempore, atque ita ab ipsa comprehensione, depositum a Verbo hominem dicerent. Quare ita legendum puto: *Sed & hominem purum dicunt pependisse in cruce; post comprehensum enim aiunt, recessit Deus ab eo, &c.* id est, post comprehensionem.

Porro autem Vitalis & Constantius eo venialius errabant, quod magno forte exemplo decepti erant, Ambrosii scilicet, cujus hæc sunt verba: *Hæc beata anima, quæ in cruce ad divinitatem clamavit dicens: Deus Deus meus, quare me dereliquisti? clamavit homo divinitatis separatione mortuus. Nam cum divinitas mortis libera sit, vitique mors esse non poterat, nisi vita discederet, quia vita divinitas est, quæ nunquam patitur vel mortem, vel corruptionem: immortalis enim semper & incorruptibilis est. Deus autem, qui Verbum & Spiritus est, qui ubi vult spirat, carnem humanam animamque susceptam non deseruit invidius, sed quia voluit, ubi voluit, quomodo voluit, & quando voluit, relinquens possit eam, & iterum assumpsit eam. Non ergo cunctis jure ac potestate exutus est carnem, sed ipse se exiit. Nam qui potuit non mori, si nolisset, proculdubio quia voluit, mortuus est. Quod ita esse comprobans Apostolus ait: Spoliavit se carne, principatus & potestates exspoliavit, triumphans illos semetipso, per mortem scilicet hominis suscepti.*

EX EODEM LIBRO.

UNUM his omnibus adjiciens testimonium, sermoni terminum dabo: *JESUS CHRISTUS heri & hodie, ipse & in sæcula.* Quomodo igitur (hoc, sapientissimi, debemus advertere?) Quomodo ipse idem heri & hodie & in sæcula, & temporalis & æternus, & in tempore & super tempora? Nam si æternus est, temporalis non est; & si in tempore est, super tempus non est.

ILLUD ipsum Gregorius totidem verbis in præfatam epistolam transtulit, indeque erroris Nestoriani Theodoretum convinci posse credidit.

AUDITE surdi, & cæci respicite. Et quis est cæcus & surdus, nisi qui mente captus est, nec vult intendere veritati, oculos suos claudens radiis, & se luminibus privans? Magistrum ergo veritatis audite jure præcipientem, voces evangelicas apostolicasque dividere, & deitati quidem sublimes ascribere, humiles autem humanitati deputare. Tandemque definite huic piæ divisioni resistere; nec metu anathematis pavorem simplicioribus inferatis. Nos enim tanquam purgamenta, quæ a vobis formidolosa proferruntur, attendimus, sanctorumque Patrum magisteria custodimus.

INTENDIT animum in quartum Cyrilli anathematis quæ hujusmodi est: *Si quis personis duabus sive substantiis (sanctis) disperiat voces, quæ sunt in evangelicis, vel apostolicis scripturis, quæque vel de Christo a sanctis dicuntur,*



vel ab ipso de seipso; & has quidem, ut homini, qui præter Verbum seorsus intelligatur; has vero ut divinas, soli Deo Verbo: anathema sit. Confulere reprehensionem Theodoretum ad istum anathematismum, & cum istis confert, istamque ex cognatione utriusque intelliges, quantum fuerit Theodoretum in omnes anathematismos, sed in istum maxime, odium. Unde non immerito Mercator sequentia paulo commotius scripsit.

HIS verbis profanus iste, tam in Nestorium, quam in similes recte latam sub anathematis interpositione sententiam, ut æstimat, attenuare contendit, ne fe-

ctatores & complices metu præsentis & futuræ penæ, dogmata pravitate abjiciant, & ad unitatis tramitem venire nitantur.

VERBA MARIÏ MERCATORIS.

DENIQUE ut nequitia cordis ejus evidenter appareat, in vltima parte quarti libri Theodorum Mopsuestenæ civitatis Episcopum, quem omnes fere catholici hæreticum esse cognoscunt, suis præconiis ita concelebrat.

Ex vltima parte libri quarti Theodoretum

EXCERPTUM QUARTUM.

ID CIRCO, inquit, magnum Theodorum, propugnatores pietatis, & evangelicorum defensores præconiorum, in medium non deduxi, quia & ipse, propter nefcio quæ, nobiscum impugnatur a vobis; & post sudores quamplurimos, & labores conquistos; post tot certamina, & studia numerosa, non exterrororum, sed suorum sociorumque fidei calumniis appetitur: oportebat enim, cum cum Paulo post gentilium, & latronum, etiam fallorum fratrum, ejus denique generis enumerare pericula. Hujus rei gratia tantum virum sponte præterire volumus.

2. Cor. II. v. 16.

Epist. 16.

AD hunc librum videri potest spectare Theodoretum, cum Irenæo Episcopo arguenti, quod

Diodorum & Theodorum prætermisisset in Eranista, responder: Quo cultu viros tantos prosequar, testis est liber, quem de illis composui, in quo constat in illos accusationem diluimus, nec accusatorum potentiam, nec fructus contra nos insidias reformidantes. Liber enim Pentalogii ab Apologetico pro Diodoro & Theodoro non differt; id manifeste demonstratur ex consequentibus Mercatoris verbis.

Eranista dialogo 1. idipsum habet. Proferrem etiam tibi fortissimorum veritatis propugnatorum Diodori & Theodori enarrationes, nisi viderem vos insensu in hos animo esse, Apollinarisque in eos odio & malevolentia successisse. Vidisset enim hos etiam ceteris consonantia scripsisse, & ex divino fonte fluentia hausisse, rivusque & ipsos quoque spiritus extitisse: sed hos quidem prætermisimus, quia implacabile bellum adversus eos suscepisti.

Item in quinto libro, qui est totius ejus operis extremus,

EXCERPTUM QUINTUM.

VERBA MARIÏ MERCATORIS.

IDEM hanc calumniam sanctæ synodo, quæ Nestorium jure percussit, execrandus iste struere nititur, ut audeat dicere, beatos Patres, qui apud Ephesum conveniunt, non recti dogmatis intentione, sed timore potius, illam protulisse sententiam, quatenus Apollinaris olim sepulta perfidia per eos renovata esse videatur; hanc autem contumeliam in sanctos Dei pontifices his perfidis verbis exaggerat.

EX LIBRO QUINTO THEODORETI PRO THEODORO.

TANTUM valuit invidia, cui vos mancipastis, ut quæ olim per unum aut duos, & hos latentes, Apollinaris loquebatur; hæc nunc per multos Ecclesiæ

præfules congregationibus Ecclesiarum, factis exhibeat, & tales herbarum per pastores gregibus offerantur, luporumque morsus, rectorum ministerio, rationalibus ovibus insulantur; & qui in duabus, aut in tribus civitatibus extra murorum septa, paucos alloquebatur, quos etiam variis canticis seducebat; nunc iste per vos in mediis tripudiat urbibus: ejus enim prædicatis errores, & vocum novitatibus decoramini, reparantes ejus blasphemiam, quæ jam fuerat consumpta temporibus.

EADEM nunc effundit in sanctos Dei pontifices, quæ ante scripserat in Cyrillum, cum Joanni Antiocheno mitteret suas anathematismorum reprehensiones. Valde dolui, inquit, cum anathematismos legissem, quos direxisti, nobis præ-



cipiens, ut eos scripto destrueremus, & hereticum eorum sensum nudum omnibus intimaremus. Dolui autem, quod vir pascendi sortitus officium, & cui grex tantus creditus est, & oves infirmas curare precepit, non solum languet ipse, & quidem vehementer, sed mittitur etiam oves agritudine implere, & feris bestiis seivius, ea que sunt pascenda, discerpit. Illa namque ea, que sunt dispersa, & a grege divisa rapientes dilacerant. Hic autem in medio gregis existens, & servator reputatus & custos, latentem errorem in eos, qui illi parent, introducit. Quod enim aperte oppugnat, id observare facile est: quod vero sub specie

VERBA MARI MERCATORIS.

QUALEM unitatem deitatis & humanitatis idem Theodoretus fateretur, per quam scripsit, necessario declaratur his verbis.

Ex eodem libro

EXCERPTUM SEXTUM.

**Q**UOD, inquit, Dominus de viro & vxore ait, ut jam non sint duo, sed una caro, naturis procul dubio constantibus, sed discretionem habentibus; & sicut ibi nihil obest duorum numerus, quominus una caro dicatur, certum est enim qualiter una dicatur; ita & hic personarum unitas nihil obest differentiarum naturarum. Denique cum naturas discernimus, Dei Verbi naturam integram dicimus, & personam sine dubitatione perfectam: nec enim sine persona fas est asseverare substantiam; perfectam quoque naturam humanam cum sua persona similiter confitemur. Cum vero ad conjunctionem respicimus, tunc demum unam personam merito nuncupamus.

Leontium, sive quæ in v. synodo, & epistola Pelagii 11. a Gregorio magno conscripta, reperitur.

Apud Leontium igitur. Ex omni parte manifestum est, supervacaneam esse & indecoram atque discrepantem confusionem, cum unaqueque natura in se indissolubiler maneat. Rursus manifestum est, aptam & congruentem esse unionem: per hanc enim natura copulata unam personam secundum unionem constituerunt. Quare quod Dominus in viro & vxore ait, quamobrem non jam sunt duo, sed una caro; dicere nos consentaneè possumus secundum rationem unionis: Non sunt jam dua persone, sed una, scilicet naturis discretis. Ut enim illic, in viro scilicet & vxore, non laedit numerum duorum, quod una caro dicatur, manifestum est enim quatenus una dicuntur caro; sic hic non laedit differentiam naturarum unio persone. Cum enim naturas discernimus, perfectam naturam Dei Verbi dicimus, & perfectam personam: neque enim licet dicere hypostasim sine persona. Perfectam vero etiam naturam hominis, & personam similiter: cum tamen ad copulationem respicimus, unam personam tunc dicimus.

In v. synodo. Manifestum autem est, quod unitas convenit: per eam enim collecta natura unam personam secundum unitatem effecerunt. Sicut enim de viro & muliere dicitur, quod jam non sunt duo, sed una caro, dicamus & nos rationabiliter, secundum unitatis rationem, quoniam non sunt dua persone, sed una, scilicet naturis discretis. Sicut enim ibi non nocet numero duorum unam dici carnem, certum est enim, secundum quod una dicitur; ita & hic non nocet naturarum differentia persone unitas. Quando etenim naturas discernimus, perfectam naturam Dei Verbi dicimus & perfectam personam: nec enim sine persona est, substantiam dicere perfectam; perfectam autem & hominis naturam, & personam similiter. Quando autem ad conjunctionem respicimus, unam personam tunc dicimus.

In epistola Pelagii 11. ad Eliam Aquilegiensem, &c. Naturas discernimus Dei Verbi, naturam integram dicimus, & personam sine dubitatione perfectam: nec enim sine persona fas est asseverare substantiam; perfectam quoque humanam naturam cum sua persona similiter confitemur. Cum vero ad conjunctionem respicimus, tunc demum unam personam merito nuncupamus.

**D**olosa Nestorianorum subtilitas in voce persona.

**A**n ista sint vero Theodoretici.

**L**ib. 5. advers. Eusebianos & Nestorianos.

IS, metu presentis de ta pravitate abip tamicem venite m-

MERCATORIS.

uitia cordis eja vltima parte quæ opfuctenæ civno omnes fere catho noscunt, suis pra-

prætermisisset in cultu viros tantem de illis compoisi, ysationem dilonati, nec struclis caura ber enim Penzolo- fero & Theodoro nonstratur ex cos. s. um habet. Pr- i veritatis propi enarrationes, m- imo esse, Apoli- volentia successi, consonantia scri- ma haussisse, ri- exitisse: sed hu- placabile bellam

Ecclesiarum, rba per pa- luporumque rationalibus duabus, aut rorum septa, etiam variis e per vos in s enim pra- itatibus de- usphemiam, imporbis.

rei pontifices, cum Joanni matismorua e, cum au- i, nobis pre-



## Item ex ejsdem libri capitulo decimo quinto

## EXCERPTUM SEPTIMUM.

**H**Æc, inquit, Apollinaris arguunt vanitatem, qui pro ratione, vel mente Deum Verbum in assumpta carne asserit habitasse. Nam si non habuit humanam mentem assumpta natura, Deus quidem erit, qui contra diabolum certavit. Deus etiam qui victoriam operatus est; Deo autem operante victoriam, ego quidem de hac victoria nihil utilitatis accepi, velur qui nihil huic inferre poterim; sed & lætitia, quæ ex hac re contigit, privor, super triumphis alienis exultans. Tripudiat autem diabolus & extollitur, & superbit atque gloriatur, quasi cum Deo luctatus sit: magnum est enim illi etiam a Deo superari.

## ITEM EX EJSDEM LIBRI CAPITULO DECIMO SEXTO.

HAC etiam vsus defensione convenienter diabolus Deo dicere poterat: Ego, Domine creator vniversorum, non contra te certamen assumpsi; scio namque dignitatem tuam, intelligo potestatem, cognosco dominationem, fateor seruitutem, quamvis refuga esse cognoscar: victoriam vero cedo & angelis, & omni caelesti multitudini, ex quibus aliquando & ego infelix extiteram; contra hunc autem suscepti certamen, quem de limo formasti, & ad imaginem tuam fecisti, & ratione honorasti, & paradisi civem constituisti, & terræ marisque dominum demonstrasti. Hunc seductione, non necessitate decepi; hunc vsque in hodiernum diem superare, dejicere, ac morti tradere non cesso; perfero hunc ad stadium perducens, &

mecum luctari præcipiens: ipse spectator assiste; etiam arte, quam athletæ insumunt, ostende luctari, demonstra & instituta certaminis, vnge vt voles; tantum ne huic auxilium præbeas: non enim sic audax ego & mente privatus, vt aduersum te factorem certare pertentem. Hæc ad saluatorem Christum iuste diabolus diceret, si non esset homo, sed Deus, qui pro homine decertaret.

Ex hoc loco, qui in codice Græco regiz Bibliothecæ dicitur sumptus ex opere *dei* *hæreticos*, pervulgata opinio convellitur, qua viri eruditionis fama celebres, cum decepti essent a corruptis Gennadii codicibus, crediderunt opus, quod de incarnatione Domini a Theodoro compositum Gennadius scripsit, non fuisse diversum a libris quatuor Eranistæ aduersus Eutychem & Dioscorum elaboratis. Istud enim excerptum, imo totam tentationis dominicæ historiam, cuius particula est, frustra quæras in libris Eranistæ.

## DE CAPITULO VIGESIMO NONO.

**DEI** Filius homini inseparabiliter adjunctus, eum disciplinam summæ virtutis edocuit, & a peccatorum jaculis illæsum custodivit, & integrum & superiorem diabolica fraude monstravit, mortemque ad breve tempus gustare permittens, protinus ab ejus tyrannide liberavit, & participatum ei propriæ vitæ contribuit, ad cælos evexit, & ad dexteram sedere magnitudinis fecit, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen; dignitatem suam eidem conferens, & appellationem naturæ ejus assumens.

## De epistolis Theodoretii.

**H**ACTENUS de libro *de* *orthodoxis*, seu Pentologio, nunc de epistolis, & de ea primum quam Theodoretus Nestorio scripsit, cuique Mercator a se in Latinum sermonem conversæ præfationem hanc præposuit.

## VERBA MARIÆ MERCATORIS.

**NESTORIO** in exilio pro sua perfidia constituto, scripsit epistolam Theodoretus, qua patet, non honoris amore, sed ipsa veritate compulsus, probasse se dogma beati Cyrilli, quem vocat Ægyptium;

in damnationem vero ejsdem Nestorii nullo modo præbere consensum.

## EPISTOLA THEODORETI AD NESTORIUM.

*Domino meo vere Dei amantissimo & venerando sancto Patri Nestorio Episcopo, Theodoretus in Domino salutem.*

**QUOD** urbana me conversatio, & obsequium gloriaque non superet, nec excelsis



cellis indigeam sedibus, arbitror tuam cognoscere sanctitatem. Nam etsi nihil aliud, saltem solitudo civitatis, cujus dispensationem videor esse sortitus, hanc me philosophiam sufficienter edocuit, quam constat ad solitudinis cumulum, etiam turbas habere causarum, quæ retardare plurimos valeant, etiam qui rebus talibus nimis exultant.

Nullus igitur tuæ persuadeat sanctitati, quod ego præful esse desiderans, clausis oculis, velut recta dogmata, Ægyptia scripta susceperim: nam per ipsam fateor veritatem, sæpius ea revolvens, & diligenter examinans, ab hæretica pravitate libera deprehendi, & aliquam illis imponere maculam formidavi; non tamen velut is approbatur, qui toti mundo causa perturbationis extiterit; & spero me pro hac re nullis delictis in die iudicii subjacere, quia iudex justus explorat propositum singulorum.

His autem, quæ contra tuam venerationem injuste atque inique partata sunt, nec si mihi utramque manum quis absunderet, potero præbere consensum, divina procul dubio mihi cooperante gratia, & infirmitatem animæ sublevante.

Hoc autem etiam his, qui hæc exigunt, certum literis feci, qui hæc exigunt, quid eis a me rescriptum sit, exempla transmissi, quatenus agnoscat, quod nulum tempus nos per divinam gratiam commutabit, nec polypodas, nec chameleontas ostendet, quod illi quidem petras, hi vero folia, juxta colorem proprios imitentur. Omnem quæ cum tua veneratione est, in Domino fraternitatem, ego, & qui mecum sunt, plurimum salutamus.

Quo tempore scripta epistola. Collat. 6.

EPISTOLA THEODORETI, &c.] Epistola hæc refertur in v. synodo, sed alio interprete; data vero ibidem dicitur, post vniuersam inier Orientales & sanctissimum Cyrillum factam. Quo tempore nimirum, vt ex consequenti epistola constat, exigebat Joannes Antiochenus episcopus, vt qui sibi luberant, conditiones pacis acciperent, Nestoriique dogmata damnerent, atque ejus depositioni, & Maximiani ordinationi consensum scripto darent.

Non est suppositicia.

Neque porro cause quidquam est, cur supposita videatur, quia Leontius tradit circumferri literas mutuas Theodoretæ & Nestorii suppositas ab hæreticis: nam id si dictum de his ipsis intelligat, Mercatoris testimonio arguendus est, qui cum memorie mandaverit res sui temporis, auctoritate præstat Leontio, post quinquaginta saltem annos scribenti.

Quid exilii nomine significetur.

NESTORIO IN EXILIO PRO SUA PERfidia constituto.] Exilii nomine intelligit secessum in monasterium sancti Euprepii, de quo egimus in præfatione historica: neque enim significari potest deportatio in Oasim, quæ post quatuor annos, a concilio Ephesino soluto, contigit: cum hæc epistola data sit, vel cum ageretur de conciliandis Ecclesiis Ale-

xandrina & Antiochena dissidentibus, vel paulo post pacem initam, anno scilicet 432. sub finem, aut primo statim initio sequentis.

HONORIS AMORE, &c.] Catholicis obiciebant homines Nestorianæ partis, quod magnarum sedium promissione ad se pellicerent Episcopos minorum civitatum.

Sed quæsierit forte quispiam, qua specie veri potuerit illud obijci vitis disciplinæ ecclesiasticæ dissolutæ minimè reis: liquidem eazate nefas esset, Episcopum commutare sedem; eamque ob causam Proclus diu rejectus sit ab vrbe regie episcopatu, quoniam Cyzicena Ecclesiæ præfectus erat a Sisinio; Atud vero dubium non satis soluerit, qui cum subtilibus nonnullis, transire nefas dixerit, fas transferri, quasi canones id ambire verarent, sinerent accipere oblatum. Nam causa Gregorii Nazianzeni solutioni pugnat, cum raptus sit ad Constantinopolitanæ Ecclesiæ regimen, & inde tamen coactus recedere, propter obiectum electionis vitium: cumque in causa Procli non prius desitum sit repulsa, quam Celestinus summus pontifex super ea re dederit responsum, vt auctor est Socrates.

Calomnia catholice facta ab hominibus Nestorio fauentibus. Part. 1. conc. Ephes. inter ep. schismatis.

Lib. 7. c.

ÆGYPTIUM.] Theodoretus postquam iracundius agere cepit in causa Nestorii adversus Cyrillum, hunc isto nomine appellat in omnibus præsertim, sive libellis, sive epistolis, quæ ipsius nomine inscribuntur, partim 2. parte concilii Ephesini, partim in v. synodo. Unde facile dignoscas, quo auctore singula, de quibus dubium oriri posset, vere scripta sint.

QUID A ME RESCRIPTUM SIT, &c.] Theodoretus non interfuit concilio, quod apud Acacium Bæræ Joannes Antiochenus habuit, de pace cum Alexandrinis componenda; sed primum per literas interrogatus est, quid de conditionibus pacis, ac professione Cyrilli sentiret; tum conventus, vt pactis conditionibus subscriberet. Ipse vero & rejecit conditiones velut iniquas, & professionem Cyrilli accepit tanquam palinodiam pristinae sententiæ; & amore Nestorii, atque impatientia Cyrilliana victorie subscribere noluit. Quæ omnia prolixè ostendimus in dissertatione de vita Theodoretæ præfigenda operum auctario.

Oñium Theodoretæ in sanctum Cyrillum.

VERBA MARI MERCATORIS.

ALIAM in favorem Nestorianorum Constantinopolim destinavit, in qua dicit, quod duas quidem naturas, & cætera pietatis dogmata consisteretur, vt Ægyptii; de iniquitate vero, quæ in Nestorium commissa est, nulla sit correptio subsecuta.

THEODORETI AD ANDREAM MONACHUM CONSTANTINOPOLITANUM.

ET POST ALIA. Fidei autem Deus, qui non patietur, neque nos, neque vos tentari, supra id quod possumus sed faciet eum tentatione etiam exitum, vt tolerare possumus, & mendacium quidem redarguet: quamvis & nunc assertio probetur mendacii confutata, & veritatis ostensa potentia. Ecce enim, qui salvatoris Christi natu-

M



ras impia ratiocinatione confuderant, & vnam naturam ausi fuerant prædicare, ac deitati passiones adungere: propterea etiam sanctissimo & venerando summi Dei pontifici Nestorio insultarant, velut quodam chamo & fræno, secundum Prophetam, maxillis omnino contractis, & a pravis ad recta perductis, veritatem iterum addiderunt, *vtentes ejus asserione, qui pro veritate bella sustinuit.* Pro vna namque natura duas impiæsentiarum confitentur, (anathematizantes eos, qui permixtionem, aut confusionem prædicant) & deitatem Christi impassibilem venerantur, & carnis esse edisserunt passiones, & evangelicas dividunt voces, & deitati quidem sublimes, & Deo dignas ascribunt, humiles autem assignant humanitati: talia namque nunc ab Ægypto scripta delata sunt.

2/sal. 31. v. 9.

Ad quem data epistola.

Epist. 143.

De tempore, quo dedit Theodoretus epistolam 143.

Instantia Theodoretii.

CONSTANTINOPOLIM EPISTOLAM DESTINAVIT. &c.] Non erit, credo, vanissimus conjector, qui putaverit hanc epistolam scriptam esse ad Andream monachum Constantinopolitanum Nestorio faventem, ad quem est ea quoque, quam cxliii. fecit in editione sua Sirmondus: neque enim dissimile est utriusque argumentum, quamquam Teodoretus mentem in Mariana manifestius declarat, in Sirmondiana artificiosa brevitate dissimulat. Sic enim habet: *Scribes autem non alterius opinionis homini, sed in Apostolorum disciplina erudito, & trinitatis, non quaternitatis assertori. Revera enim peraque impios censui eos, qui duas Unigeniti naturas in vnam cogere audent, & qui Dominum nostrum JESUM CHRISTUM Filium Dei vivi, hominem factum Deum Verbum in duos filios dividere conantur, si qui sunt tandem, ego enim non puto. Sed hanc semper calumniam Ecclesie, qui Arianis sunt & Eunomii, quique Apokrinariis partes sectantur, impudenter assererunt. At vero facile est diligentibus pervidere, celeberrimos Patres nostros, lumina Ecclesiarum, hanc ipsam a veritatis hostibus criminationem passos esse, quam nos hoc tempore ab optimis nova heresis defensoribus sustinemus. Quorum impietatem sapientissimus dominus perfecit, non permittens diuturna patientia nefariam heresim corroborari. Ratum igitur habeo, domine, te ad fidei confortes scribere, quod tibi facile est ex multis lubricationibus nostris cognoscere. Literas redde: erunt enim haec rursus, si Deo placeat, ad caritatem incitamenta.*

Circa duas istas, quas contulimus, epistolas, observa primum, eam, quæ in collectione Sirmondi est, non alieno, quod quibusdam visum est, loco poni: pertinet enim ad posteriora tempora, quibus Theodoretus hæresis accusatus est, imo & damnatus a Dioscuro in latrociniali concilio Ephesino; non item ad priora ista, quibus Nestorii turbæ nondum quievisserent, quod docent ista verba: *Facile est pervidere Patres nostros, lumina Ecclesiarum, hanc ipsam a veritatis hostibus criminationem passos, quam nos hoc tempore ab optimis nova heresis defensoribus sustinemus.* Observa deinde, ex altera epistola, quam Mercator defloravit, quomodo Theodoretus palinodiam a Cyrillo recantatam non crediderit modo, sed etiam jactabundus hanc

sibi victoriam gratulatus sit, propter reprehensos anathematizatos, coactumque, ut aiebat, auctorem in sententiam Nestorii venire.

ECCE ENIM, QUI, &c.] Hinc colligitur, datam esse epistolam, post missam a Cyrillo professionem fidei ad Joannem Antiochenum, id est, ann. 432. sub finem. Cyrillus porro, vel geminam misit, vnam ante exhibitam a Paulo Emefeno Joannis fidem; alteram in epistola, Joanni postmodum datam; vel eandem alii, sive temporibus, sive verbis scripsit. Quanquam primum e duobus credibilius est: vnde Cyrillum quidam imprudentiæ accusare ausi sunt, quod prior professionem fidei miserit, quasi id sit rei hominis; satisfactionem prorsus exhibere, quam accipere; atque hinc nata est insultantis Theodoretii vana calumnia, quæ consequentibus verbis continetur.

VELUT QUODAM CHAMO ET FRÆNO.] Confer hunc locum cum altero simili in epistola, quæ in quinta synodo peperam dicitur ad Joannem data, cum sit ad Dominum Joannis successorem. Ex collatione intelliges, non magnam fuisse Binio alisque causam, cur hæc ipsam ad Dominum epistolam rejicerent veluti supposititiam. Id aperte ostendimus in censura operum Theodoretii auctario præposita, adversus nonnullos etiam veteres.

Quo tempore scripta sit epistola hæc.

Notatus N. mus abjudicans Theodoretus epistolam de morte sancti Cyrilli.

## VERBA MARIÆ MERCATORIS.

ALIAM quoque scripsit ad Andream Samosatenum episcopum, lectis sancti Cyrilli pontificis Alexandrini literis a Beræa directis.

## THEODORETI AD ANDREAM SAMOSATENUM EPISCOPUM.

MAGNIFICUS vir Aristolaus ab Ægypto magistrum cum literis Cyrilli destinavit, quibus anathematizat Arium, Eunomium, Apollinarem, eosque, qui deitatem Christi passibilem dicunt, & qui confusionem atque permixtionem duarum asserunt naturarum; & super hoc quidem gavisi sumus, quamvis propositionem nostram ille diffugeret.

Exigit autem subscriptionem factæ dudum damnationis, & ut anathematizetur sancti episcopi dogma Nestorii. Scit autem vestra sanctitas, quod si quis indiscrete doctrinam anathematizet ejusdem sanctissimi & venerabilis Episcopi, idem est ac si pietatem anathematizare videatur.

Oportet ergo, si omnino compellimur, eos anathematizare, qui purum dicunt hominem Christum, aut qui in duos filios vnum Dominum nostrum JESUM CHRISTUM dividunt, & qui ejus abnegant deitatem, &c.

Existimo præ omnibus maxime satisfactum esse domino meo sanctissimo & venerando Joanni episcopo, quod nullatenus acquiescam in damnationem Domini mei sanctissimi & venerandi Nestorii epi-



scopi præbere consensum, nec violare communem promissionem, quæ in Tarso, & Calchedone, & Epheso facta est: meminit enim & eorum, quæ nuper apud Antiochiam post nostrum regressum a nobis sæpe depremta sunt. Nullus igitur tuam decipiat sanctitatem, quod ego acquiescam hoc aliquando facere, Deo procul dubio mihi cooperante, & me confortante.

De synodo  
Berææ coacta.

A BERŒA, &c.] Non obscure inde conficitur, synodum, quæ a Joanne Antiocheno, dum tractaretur negotium pacis, habita scribitur apud Acacium, Berææ celebratam fuisse, & non Antiochiæ, quod opinantur conciliorum editores, alique communitè plures. Colligitur etiam, quod aliunde certum est, Theodoretum non interfuisse hujuscemodi synodo, sive quod impatienter ferret de pace agi, hoc est, de condemnatione Nestorii, & Cyrilli receptione, quorum alteri vehementer studebat, alteri infensus erat supra modum, sive quod alio impedimento prohibitus.

Quo tempore  
scripta epistola.

AD ANDREAM SAMOSATENUM.] Epistola hæc in v. synodo dicitur scripta, post pacem Ecclesiis redditam. Alia legitur Theodoretum ad eundem, data Ephesi, quo non convenerat Andreas morbo impeditus, post Cyrillum & Memnonem ab Orientalibus depositos, & a sacra synodo restitutos, id est, circa finem Julii ann. 431.

Illustratus ex  
loco Cyrilli  
locus Theodoretum.

PROPOSITIONEM NOSTRAM ILLE DIFFUGERET.] Quam vero propositionem? Eam nempe, de qua Cyrillus ad Acacium Melitenensem: Concilio nescio quo apud sanctissimum piissimumque Beræensem Episcopum Acacium congressi curarunt, ad me se ibi convenionis modum, id est, sanctarum Ecclesiarum pacem, nisi eo modo, quem ipsi præscriberent, fieri non debere. Volebant autem, ea omnia aboleri, quæ vel epistolis, vel tomis, vel libris divulgaveram, & soli fidei, quam Nicæni Patres ediderunt, consentire. Ego vero ad ista rescripsi. Expositioni fidei, quam Nicæni Patres ediderunt, adhaeremus omnes, nihil profus eorum, quæ in ipsa continentur, labefactantes: sunt enim ea omnia recte inculpateque tradita; neque tutum est, post illam fidei editionem, quidquam adhuc curiosius tractare. Quæ vero recte contra Nestorii blasphemias scripsimus, ea ejusmodi esse, ut nulla nobis ratione persuaderi possit, ut recte scripta esse negemus: opus proinde magis esse, ut ipsi iuxta piensissimi Christianique amantis Imperatoris decretum, imo vero sanctæ synodi Ephesinæ sanctionem, illum, qui contra salvatoris Christi gloriam pugnavit, ejicerent, impiasque illius blasphemias anathemate infestarentur, ejusque depositioni consentirent, ac sanctissimi piissimique episcopi Maximiani ordinationem approbarent.

Theodoretum  
versuta.

INDISCRETE, &c. Id est, nulla restrictione facta, & sine vlla dogmatis & personæ discretionem. Atque hinc intellige, quam verus sit illud *κατα τὴν ἑσθη*, quo nonnulli aliquando abusi sunt, & nuper impius ille, qui Cyrillum, synodumque Ephesinam hæresis Eutychanæ, scripto libro, accusare ausus est. Verum hac de re plenius alias, cum de subscriptionibus in causa Pelagianorum dissertationem instituis.

QUÆ IN TARSO, &c.] Orientales statuerant, se nunquam, vel in depositionem Nestorii, vel in Cyrilli restitutionem confensuros, nec id semel, vel vno in loco; sed Ephesi primum, cum inde Constantinopolim legati acceptis mandatis proficiscerentur: iterum Calchedone, cum ex ea postulationem Imperatori obtulerunt: Tarso postea, cum dimissi reverterentur in Orientem: tandem Antiochiæ, priusquam a se mutuo divellerentur, ad suas singulis civitates redeuntibus.

Orientalium  
propositum  
de non recipiendo  
Cyrillo.

THEODORETI EPISTOLA AD  
HIMERIUM EPISCOPUM  
NICOMEDIÆ.

INTER CÆTERA. Intentionem nostram certam tuæ facimus sanctitati, quod lectis ex Ægypto literis destinatis, & apud nos sæpe discussis, invenimus eas doctrinæ quidem congruentes Ecclesiæ; duodecim vero capitulis contrarias esse probavimus, quæ vsque impræsentiarum impugnare perstitimus.

Placuit igitur nobis, ut si sanctitates vestræ receperint Ecclesias divinitus sibi commissas, Ægyptiis & Constantinopolitanis communicare, aliisque qui contra nos cum eis militasse noscuntur, quia nostram fidem, magis autem Apostolorum, se habere professi sunt; damnationi vero venerandi, & sanctissimi Nestorii, quæ facta dicitur, non præbere consensum. Iniquum namque vere & impium comprobamus, si iisdem criminibus, quibus & focus ejus, reus extiterat, illi quidem veniam largiri, huic autem ostium penitentia claudere: multo igitur magis iniquum & magis impium, innocentem morti tradere.

Sciat igitur sanctitas vestra, quod non prius eis communicandum esse censemus, quam vestras recipiatis ecclesias. Hæc autem non solus ego, sed omnes sanctissimi nostræ regionis Episcopi, habito concilio, decreverunt. Et ante jam tuæ sanctitati prædixi, quia si domini mei venerabilis, & sanctissimi episcopi Nestorii fuerit dogma damnatum, nec ego his, qui hoc faciunt, communicabo. Quod si tuæ sanctitati placuerit id ipsum literis inferere, quæ Antiochiam dirigentur, hoc fiat; ne ergo differatur, obsecro tuis harendo vestigiis.

EPISTOLA, &c.] Scripta procul dubio est, quo tempore Paulus Emelenus a synodo Orientalis legatus, Alexandria negotium pacis gerebat, & quemadmodum habebat in mandatis, conditionibus quam honorificentissimis rem peragere moliebatur, iis nempe, ut sola in fide Nicænam consensio exigetur: non item depositio Nestorii subscriberetur, sed solo silentio rata haberetur; utque Episcopi a Maximiano depositi, Himerius, Helladius, Eum.

Quo tempore  
scripta epistola.



Illustrat ex  
se mutuo duæ  
epistolæ.  
Collat. 6.

Calumniæ in  
S. Cyrillum.

Obstinatio  
Theodoretii in  
reiciendis  
Cyrilli ana-  
thematismis.

Apud Facun-  
dum lib. 1. c. 4.

Locus illu-  
stratus ex Cy-  
rilli epistola  
ad Donatum.  
3. p. conc. Eph.  
cap. 38.

therius, & Dorotheus, suas sedes reciperent.

LECTIS, &c.] Eo refer epistolam Theo-  
doreti ad Joannem, quæ est in v. synodo; al-  
tera enim ex altera lucem accipiet, imo & au-  
ctoritatem.

DUODECIM VERO CAPITULIS, &c.]  
Hoc est, quod Andreæ monacho scribit, Cy-  
rillum, a pravis ad recta perductum, verita-  
tem tandem addidicisse. Opera pretium est  
ambas epistolas simul conferre.

PERSTITIMUS.] Libris quinque *dei in-  
synodicos*, de quibus antea dictum est, imo  
ad mortem usque capitula Cyrilli non impu-  
gnavit ipse tantum, sed aliis quoque execran-  
da tradidit. Unde Gennadius Anatolii in sedem  
Constantinopolitanam successor, paulo post  
Theodoretii mortem, atque adeo post concilium  
Calchedonenſe, damnatumque cum  
Eutychete Dioſcorum, in hæc verba adversus  
anathematismos Cyrilli erupit: *Va mihi a ma-  
lis. Heu heu! unde enim quisquam in præſenti  
aliunde sumat exordium? Quales Cyrilli Ægy-  
ptii, & quantas blasphemias incurrit? quantas  
blasphemias adivi, &c.*

PLACUIT IGITUR NOBIS.] Cyrillus in  
epistola ad Donatum narrat historiam totius  
illius molitionis, pro restituendis quatuor Epi-  
scopis, Himerio Nicomediensi, Helladio Tar-  
ſenſi, Eutherio Tyanenſi, & Dorotheo Martiano-  
politano, qui a Maximiani synodo exactorati  
fuerant. Copiose hanc ipsam historiam tracta-  
mus in dissertatione de Eutherio, cujus opera  
Theodoretii auctario, propter cognationem,  
conjungemus.

AD EUMDEM, POSTQUAM RESCIVIT  
JOANNEM ANATHEMATIZASSE  
DOGMA NESTORII.

POST ALIA. Non, inquit, tuam latear  
ſancitatem, quod postquam legi episto-  
lam, quæ Imperatori directa est, nimis ani-  
mo dolui; quia manifeste cognosco, quod  
is, qui hanc scripsit, idipsum ſentiens, in-  
discrete atque inique damnavit eum, qui  
nihil, præter doctrinam ſanam, novit ali-  
quid & docuit. Sed anathematismus infer-  
tus, licet idoneus ſit amplius, quam con-  
ſensus damnationis ejus turbare lectorem;  
tamen quia non indifcrete, ſed ſub qua-  
dam conſideratione poſitus eſt, ſolacium  
præſtat. Nec enim dixit: Anathematiza-  
mus doctrinam ejus; ſed quæcumque ali-  
ter dixit aut ſenſit, quam doctrina apoſto-  
lica continet.

Notatus  
Theodoretus.

QUI NIHIL PRÆTER DOCTRINAM,  
&c.] Ne Theodoretus fuit, aut admodum cæ-  
cus, qui non viderit blasphemias Nestorii; aut  
in paucis Nestorianus, qui hæc blasphemias  
habuerit pro ſana doctrina; ut mirari ſatis non  
poſſim, placuisse multis Agobardi ſententiam di-  
centis, *inventum a Theodoro medio loco, in-  
ter Nestorium hæreticum, & Cyrillum catholi-  
cum, unde pugnans pro veritate ageret contra  
veritatem, &c.*

VERBA MARIÆ MERCATORIS.

ITEM ex gestis, quæ contra Domnum  
Antiochenum episcopum conſcripta ſunt,  
in quibus accuſatur idem Domnus, quod  
eo præſente palam in Eccleſia auſus ſit  
idem nefandiſſimus Theodoretus, poſt  
obitum ſanctæ recordationis Cyrilli Ale-  
xandrini pontificis, inſultans beatæ dor-  
mitioni ejus, ita proferre.

EX SERMONE ANTIOCHIÆ HABITO  
A THEODORETO, POST OBITUM  
SANCTI CYRILLI.

NEMO jam neminem blaſphemare  
compellit. Ubi ſunt, qui dicunt, quia  
Deus eſt, qui crucifixus eſt? Non eſt cruci-  
fixus Deus, ſed homo crucifixus eſt JESUS  
CHRISTUS. Deus autem templum ſuum  
ex David ſuſcitavit, ſicut idem David  
ante prædixit: Homo generat hominem.  
Natura autem Dei filius eſt Deus Verbum;  
Chriſtus autem filius eſt David: ſed Dei  
filius templum non eſt. Contentio ultra jam  
non eſt, ſub vno jugo Ægyptus & Oriens  
convenerunt, mortua eſt invidia, & con-  
ſepulta illi eſt hæreſis. Jam quieſcunt, qui  
paſſum prædicant Deum, &c.

ALIA VERSIO IN V. SYNODO, NON  
VERBIS TANTUM, SED ETIAM  
SENTENTIIS NONNULLIS DIVERSA.

NEMO neminem jam cogit blaſphe-  
mare. Ubi ſunt dicentes, quod Deus eſt,  
qui crucifixus eſt? Non crucifigitur Deus.  
Homo crucifixus eſt JESUS CHRISTUS  
qui ex ſemine eſt David, filius Abrahæ.  
Homo eſt, qui mortuus eſt JESUS CHRIS-  
TUS; Deus vero Verbum reſuſcitavit  
ſuum templum, qui eſt ex David, ſicut  
David locutus eſt: Homo hominem gene-  
rat. Qui vero natura Filius Dei eſt, hic  
eſt Deus Verbum. Chriſtus vero eſt filius  
David; ſed templum eſt Filius Dei. Non  
jam eſt contentio, Oriens & Ægyptus ſub  
vno jugo eſt, mortua eſt invidia, & cum  
eo obruta eſt contentio. Requieſcant  
theopathizæ.

PROPTER hunc ſermonem, aliæque forte  
ſimilia, accuſatus eſt Theodoretus, quod Chri-  
ſtom divideret in duos filios: fuit enim eartotius  
accuſationis in ipſum conjeçta ſumma, ut te-  
ſtatur in epistola 93. 101. 105. quamquam ca-  
lumniam ſibi fieri vbiq; paſſim queritur, eam-  
que in epistola 84. ex eo natam cauſatur, quod  
in Oriente quidam ita ſentirent. Hæc autem  
epistola inſcribitur ad Episcopos Ciliciæ, ad  
quam Theodori ſedes, Moſpuſtlena civitas per-  
tinet: apud hos enim ſuſpicatur aliquos eſſe  
ejuſce ſententiæ, quos redargui poſtulat, ne ex  
amicorum crimine aliquid in ſe invidia redun-  
daret.